

LAVRENTIVS SVRIVS CARTHVSIANVS:



**L**AURENTIUS SURIUS natus est in celebri Germania urbe Lubecca. Is cum prima literarum fundamenta iecisset, se se ad Academias contulit, atque Historiarum lectioni & Theologiae incubuit. Ut autem commodius libris inhærere posset, Coloniā perueniens, ibidem Carthusianorum ordinem suscepit, & in literis adeò profecit, ut passim hominibus innotesceret. Cum uero reipublicae literariæ prodesse cuperet, quædam Germanica Latinè, & alia Latina Germanicè reddidit. Ipsum quæ Naucleri præstantissimum opus Historicum ab annis quinquaginta & amplius continuauit, atque nostri temporis Historiam scripsit. In primis uero multa, quæ à Sleidano in Historijs erant annotata, confutauit, atque rem se aliter habere pro Catholicis definiuit. Hoc modo Euangelicis resistendo etiamnum Coloniæ in eo ordine à multis agnoscitur. Anon.